NOBILISS. VIRO CONSTANTINO HVGENIO

Godefridus Wendelinus. S. D.

Altè iam prope mensis agitur VIR NOBILISSIME cum animus mens Talismannus curator gestorque negotiorum Abbatissæ Thorensis propter ipsum hor Hagam contenderet. Ibi ego fasciculum Epistolarum ad te deferendum tradidi: in quo erant et litera ad Legatum Gallicum, patronum dudum meum; tum autem ad Cabeliauum nostrum, ac Golium. Has omnes vt in manus tibi traditas confido; ita dum animus ille meus illic adhuc hæret, opto quanto citius responsionem præstolor, si qua dignus videri potero: quando iam fauet casus iste quo hactenus destino. Coelestis qui perfert PRINCIPIS TVI minister fidissimus, hor me poterit horo beare: vt a te habeam scilicet (quam tam impatienter exspecto) Byzantij Latitudinem. quamq; ego quidem non aliam possum odorari a gradu 43 - 20'. Hor si tu mihi affirmare poteris: potero ego cum Ioue (quod aiunt) de felicitate contendere: et nomen tuum (supra Atraum iam clarum) ante ipsum adeo Hipparchum, Eratosthenen, Eudoxum magnasque illas mentes in Solem vsque evehere, donec ille Obliquus meabit fulsurum in omnem seculorum memoriam. Interest vero etiam ipsane Pera latitudinem illam 43 - 20' obtineat, an Serralium Byzantij prima sedes. nam si Pera est ista latitudo; tenebit Serralium 43 - 19' - 45" non amplius: quod ego verum esse confido. Tu fiduciam adimes; simul autem meminisse velis promissi tui ad Traiectum mihi facti, vt exemplar suauissimorum tuorum carminum (quibus te antiquitatem retro omnem superegressum probasti) donatum habeam manu ipsa tua inscriptum. vt qui sine obsequente mihi continenter tuâ imagine numquam vsquam sum, vel sic te toto pectore

TVI PLENVS
Godefridus Wendelinus

Horâ Nonis Februarij,
1633 qui est Adami
Labore annum 5600.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/759

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/759

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/759

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/759